UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXVIII. Qui se in seruitio alterius obnoxiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Visual Library

mihi vos, aut agentes veſtri iniunxeritis, facere debeam. Quod ſi exinde negligens, aut tardus apparuero, licentiam habeatis, ſicut & cæteris ſeruientibus veſtris diſciplinam corporalem imponere: & quomodo ſolidos veſtros, reddere potuero, meam cautionem abſque vllo euacuario intercedente recipiamus.

XXVIII. *QVI SE IN SERVItio alterius obnoxiat.*

DOmino mihi proprio illi. Dũ & inſtigante aduerſario, fragilitatem meam præualente, in caſus graues cecidi, vnde mortis periculum incurrere potueramus. Sed dum veſtra pietas me iam morti adiudicatum, de pecunia veſtra redemiſtis, vel pro meo ſcelere res veſtras quamplures dediſtis: Et ego de rebus meis, vnde veſtra beneficia rependere debuiſſem, non habeo:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ideo pro hoc ſtatum ingenuitatis meæ vobis viſus ſum obnoxiaſſe. Ita vt ab hac die de veſtro ſeruitio penitus non diſcedam. Sed quicquid reliqui faciunt, pro veſtro, aut agẽtium veſtrorũ imperio facere ſpondeo. Quod ſi non fecero, aut me per quodlibet ingenium de ſeruitio veſtro abſtrahere voluero, vel dominium alterius expetere, aut res ſuſcipere voluero, licentiam habeatis mihi qualemcumque volueritis diſciplinã ponere, vel venundare, aut quod vobis placuerit de me facere. Facta obnoxiatione tũc, ſub die illo.

XXIX. *CHARTA DE AGNAtione, ſi ſeruus ingenuam trahit.*

IGitur ego in Dei nomine ille, illi fœminæ. Illud non habetur incognitum, qualiter ſeruus meus nomine ille, te abſque parentum vel tua voluntate, rapto ſcelere in con-